



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Palatium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10447**

à quo, nu. 7. Sylvest. in ver. ordo, 2, §. 5.  
ver. 3.

## OS C U L U M.

**P**rimò, osculans persona ecclesiastica mulierem etiam violenter, qua pena sit punienda, vide Clar. quest. 83. ver. osculum. Secundò, an per osculum uxoris possit fieri divortium, ut amicitat dotem uxori ab alio osculata, vel probetur adulterium, vide præter cæteros, Cov. de spons. 2. part. c: 6: §. 6: nu. 3. & 4. tertio, osculum libidinosè habitum, nisi sit inter conjuges, est peccatum mortale, Cajet. in sum. in ver. osculum, similiter de omnibus actibus impudicis: idem ver. impudicitia, secus verò, si osculum fiat ex benevolentia, ac juxta morem patriæ, idem loc. cit.

## P A L A T I U M.

**D**alatium Episcopi gaudet immunitate Ecclesie, non solum si intra quadraginta paſſus ab Ecclesia constitutum sit, sed etiam extra, gl. in c. id. constitutimus, 17, q. 4. Ian: & Host: in c. inter alia, de immun. Eccl. Abb. in c. Ecclesie, nu. 9. & ibi Henric. col. ult. eod. tit. Oldrad. conf. 55. Cov. lib. 2: c. 20. nu. 5. ver. 5.

## PAROCHUS.

**P**rimò, cuius parochi præsentia requiritur in contrahendo matrimonio parochiarum viri, an mulieris? Respondetur, quod alterius sufficit,

Nav: conf. 3. de cland. de sponsat. nu. 1. & hoc quando contrahitur in parochia sua, alias non, nempe quisque parochus in sua, & non in aliena; ita dicit declar: fac: Cong: & conf. 4: nu. 1: ver. 3. dicit idem ex mente ejusdem fac. Con. quod sufficit præsentia alterius, in quacunque parochia contrahatur. Verum hoc videtur satis durum dicto auctori, & mihi, nempe, quod parochus mulieris possit adesse matrimonio contrahendo in parochia viri, & è contraria, ideo iuxta suam, & meam opiniōnē debet intelligi quisque in sua parochia, non ut alter audeat in parochia alterius, quia esset usurpare jus alienum, quod fieri nequit cum præjudicio alterius, c. nullus, cum seq. q. 2. Clem. 1. de privil. ed vel maxime, quando essent contrahentes diversarum diœcēsium, quia tunc, & parochi, & Episcopi jurisdictionem usurparet. sed posset dubitari, si parochus viri affixat, vel interveniat matrimonio contrahendo, in parochia fœminæ, licentia parochi, fœminæ, vel è contraria, an sit nullum matrimonium? Respondeatur ex Apostilla, sive Appendice in conf. 3. de cland. de sponsat. Navar. ubi habentur hæc verba: Adverte, ne ex solutione prima q. inferas, ergo si solus parochus viri interveniat, quando matrimonium contrahitur in parochia fœmina, vel è converso, sit nullum, quia refertur à fac. Cong. resolutum validum esse, ut etiam auctor refert, con. sequenti, posset dubitari secundò, fac. Conc. sess. 24. c. 1. §. qui aliter, irritat matrimonium contractum sine præsentia parochi? Respondetur, quod intel-

P 3

ligi-